



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 60. Ordines, an sibi invicem propria privilegia communicent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

diceret quaterius decretis Conc. Trid. id est, sacris canonibus Concilio Tridentino infectis non contradicant nisi enim ita interpretatur nulla certe aut paucissima remaneret privilegia per Pontificem confirmata, Emanuel. d. art. 1. debent autem privilegia eorumque confirmationes in dubio latissime in præjudicium concedentis interpretari. l. beneficium ubi DD. ff. de const. principum.

 QVÆSTIO LIX.

An generalis confirmatio privilegiorum se extendat ad ea que sunt contra jus.

SUMMARIUM.

1. Confirmatio generalis non se extendit ad ea que sunt contra jus nisi excipiat casus unus qui sit contra jus.
2. Princeps non censetur velle præiudicare tertio.
3. Idque nisi unum casum excipiat in quo declaret se nolle tertio præiudicare.

Minimè nisi post confirmationem generalem excipiat casus unus qui sit contra jus: talis enim exceptio hujus est energie ut Papa censetur etiam confirmare omnia alia privilegia que sunt contra jus. Bald. ca. fin. num. 2. per quos fiat investitura, & in l. 1. in fin. de serijs, l. 1. in fin. ff. quod quisque iuris Ruit. conf. 100. vol. 3. Matudos. ad Reg. Cancell. 1. quast. 8. num. 5. Emanuel. Roder. quast. tom. 1. quast. 8. art. 9 in fin. quippe quod hæc exceptio ex ea specie sit quæ regulam solet ampliare. Dec. l. 1. num. 3. & seqq. ff. de Reg. iur. hincque est quod licet princeps non censetur velle tertio præiudicare, l. 1. & seqq. C. si contra jus vel utilis. attamen si unum casum excipiat in quo nolit tertio præiudicare censetur in alijs omnibus casibus tertio præiudicare voluisse. Dec. d. l. 1. & num. 32. idque nisi verba regulæ repugnent nam tunc exceptio facta de eo quod in regula non comprehenditur non ampliat regulam sed vitatur. Dec. d. l. 1. num. 35. & 40.

 QVÆSTIO LX.

Ordines, an sibi invicem propria privilegia communicent.

SUM-

SUMMARIUM.

1. Privilegia concessa religiosis non extenduntur ad religiosos eiusdem ordinis.
2. Nisi specialiter ita disponatur.
3. Participatio privilegiorum an & quatenus se extendat.
4. Quid si observantia religionis repugnet aut ordo non utatur, num. 2. in fin.

DE hoc articulo succinctim tractavi alio in loco, de iurisdic. ordin. in exemptos lib. 1. quest. 17. num. 17. fuseque & late hanc materiam pertractaram reliquit Emanuel Roderic. Reg. quest. tom. 1. quest. 55. per tot. explicans quæ & qualia privilegia singuli ordines sibi invicem communicent quæ cum in facto consistant non petsequor, solam hic inquiri an privilegia concessa religiosis unius ordinis extendantur ad religiosos eiusdem ordinis, Respondi de jure non extendi, lib. 1. de iurisdic. ord. in exemptos quest. 17. num. 17. quia in odiosis masculinum non concipit Fe-
 mininum, l. quisquis C. ad l. ul. Maies. l. 1. §. quare ff. de ventre in poss. mittendo. Alciat. & DD. l. verbum hoc si quis ff. de verb. sig. nisi specialiter ita sit dispositum uti de fororibus, S. Clara quas Emanuel Roder. d. quest. 55. art. 13. speciali privilegio docet privilegio minorum gaudere & de monialibus ordinis S. Dominici privilegij ordinis Dominicanorum idque etiam si ordo cuius privilegia alteri communicantur è privilegio non utatur, Abb. cap. cum accessissent nu. fin. de const. ubi Innoc. Silvester verb. privilegium §. 11. Emanuel. d. quest. 55. artic. 19. quod exaudiendum cum communicatio privilegiorum sit independenter, Secus vero si dependenter, Emanuel. d. quest. 55. art. 19. & 21. & late eod. tom. quest. 8. art. 4. Declarandum tamen ita demum hanc privilegiorum communicationem procedere dummodo observantia religionis quæ alteri in privilegio participat non adversentur alioquin etiam ea participatio non ad stabilendam religionem sed ad illam discipandam destruendamque tendet Emanuel. d. quest. art. 22. Inducta autem ad augmentum religionis diminutionem illius parere non debent, arg. l. si mancipia in pr. ff. de fundo instr. legato l. si circa C. de propos. agent in reb. lib. 12. Albertus Brunus tract. de diminutione concl. 6. C. de propos. agent in reb. lib. 12. Albertus Brunus tract. de diminutione concl. 6. Inducta que in favorem religionis non debent in illius odium & dissipationem redundare, cap. quod ob gratiam de Reg. in 6.

QUE.